

Solum

Tercius dixit. Frater mi fidem ostendisti: sed expleti. xxxij. annis iugit in celestibus nobiscum regnabis. Primus ergo dixit offerens ei pixidem plenam auro. Accipe inquit thesaurum sapientie per quem tibi subiectum populum iuste iudicabis: quia honor regis iudicium diligit. Secundus pixidem cum mirra et obtulit dicens. Accipe mirram penitentie per quam etiam carnis motus illecebras effrenabis: quia optime regnat qui seipsus bene regit. Tercius similiter obtulit ei pixidem plenam thure dicens ei. Accipe thus deuotiois et deuote clementie: per quod miseros releuabis: quia sicut ros herbas irrigat ut crescat sic dulcis clementia regis usque ad sidera peruenit et exaltat. Cumque rex de magnitudine uisionis miraretur subito uigilauit et pixides iuxta se collocatas reperit: qui donum dei leuis accepit: et ad propria rediens que in somno uiderat deuotissime adimpleuit. expleto termino supradicto regna celestia meruit possidere.

Moralisatio

Rarissimi. Iste rex potest dici quilibet christianus bonus qui tenet tres coronas asserre tribus regibus scilicet patri filio et spiritui sancto. Patri tenet reddere coronam honoris quia potens est non bonum est fidem frangere potenti: quia potest opprimere et te annihilare. Ista coronam fidei in baptismo fideliter reddere promissisti quando dyabolo et pompis eius abrenunciasti. Secundam coronam sapientie ac spei filio teneris reddere: quia sapiens est et pro nobis passus: ideo spem de eo poteris habere debemus. et hoc multiplex de causa. Primo quia tantum nos dilexit quod de celo descendit. Naturam nostram assumpsit et uictoriam contra dyabolum pro nobis obtulit. Tercio debemus offerre coronam amoris spiritui sancto: quia ipse est amor patris et filij: et per eum amorem hominis et dei poterimus obtinere. Si illa tria puro corde et caritate perfecta offerimus: sine dubio ista que sequuntur a patre et filio et spiritui sancto obtinebimus. A patre thesaurum uirtutum per quas poterimus animam regere cum corpore contra dyabolum mundum et carnem et per consequens regnum celeste obtinere. A filio pixidem cum mirra. Per pixidem

Exj

cor mundum intelligas a peccatis mundatum. Per mirram penitentiam: quia ipse prius vitam penitentie in cruce ostendit: et pietatibus ab eo suam gratiam dat quotidie. A spiritui sancto thus deuotionis hoc est suam uirtutem infundit: per quam deuoti sumus et caritate pleni: quia deus caritas est: et per consequens comunem offensionem quam per peccatum contra deum incurrimus per eum delere poterimus: et sic vitam eternam obtinere: ad quam nos perducit ihesus christus.

De iusta sequela malorum

Capitulum. xlvij.

Oponius refert quod cum perillus eris artifex fallaridi regi tyranno crudeli qui argentinus depopulabatur: et exquisitis tormentis implicabat: obtulisset eius crudelitatem nimis apertam quemdam encum thaurum nouiter per se factum in latere latenter habens ostium per quod immitterentur homines morte puniendi ut supposito igne cremarentur. Et cum ipsi homines propter mortis amaritudinem clamarent in thauro non crederetur uox esse humana sed feralis: ut sic rex minime ad compassionem moueretur. Rex opus laudans sed inuentore eius exhoras ait. In te prius excipies et probabis quod mihi crudeli crudelior obtulisti. Nulla enim equo ratio est quod necis artifices arte perire sua ut dicit Ouidius.

Moralisatio

Rarissimi. Iste artifex est malus senescalcus sub tyranno rege qui argentinus id est iustos simplices spoliat: et eos per tormenta multis modis affligit. Homo uero simplex affert munera: ut persecutionem euadat: sed nihil ei potest thaurus encus offerri: factum est statum nouum: et lex per quam simplices credunt euadere: et per eam puniuntur et bona amittunt et tales lites cremantur per cordis amaritudinem et clamant non crediunt esse uox humana: quia clamores pauperis potentes non libenter audiunt: sed dicunt seruus aut rusticus meus est omnia sua sunt mea: sed se prius tales qui alios affligunt in eadem uel maiori damnatione puniuntur: et male dies suos finiunt: unde Ps. Uidi impium super exaltatum et eleuatum sicut cedros libani. Transiit et ecce non erat.